VIII 9 Quia ipsi ascenderunt ad assur onager
solitarius sibi. Effraim munera de
derunt amatoribus. Sed et cum mer
cede conduxerint nationes nunc con
gregabo eos et quiescent paulisper
ab honore regis et principum. Quia
multiplicavit effraim altaria ad
peccandum factae sunt ei arae in de
lictum. Scribam eis multiplices leges
meas quae velut alienae computatae
sunt. hostias adferent inmolabunt
carnes et comedent. Dominus non suscipiet
eas. nunc recordabitur iniquitates
eorum et visitabit peccata eorum. ipsi
in aegyptum convertentur et oblitus est
israhel factoris sui et edificavit delubra
et iudas multiplicavit urbes munitas.
et mittam ignem in civitates eius et de
vorabit aedes illius. Noli laetari israhel
noli exultare sicut populi quia fornica
tus es a deo tuo. Dilexisti mercedem
super omnes areas tritici. area et tor
cular non pascet eos et vinum mentie
tur eis. non habitabunt in terra domini.
Reversus est effraim aegyptum et in
assiriis pullutum comedet. Non li
babunt domino vinum et non placebunt ei sa
crificia eorum quasi panis lugentium.
Omnes qui comedunt eum contaminabuntur.
Quia panis eorum animae ipsorum non
intrabunt in domum domini. Quid facietis in
die solemni in die festivitatis domini. Ecce
enim profecti sunt a vastitate. Aegyp
tus congregavit eos memphis sepeliet eos.

desiderabile argentum eorum urtica he
reditavit. lappa in tabernaculis eorum.
IX 7 Venerunt dies visitationis scitote israhel
stultum prophetam insanum virum spiritalem
propter multitudinem iniquitatis
tuae. et multitudo amentiae. speculator
effraim cum deo meo. propheta laqueus
ruinae super omnes vias eius insania in
domo dei sui. Profunde peccaverunt
sicut in diebus gabaa. Recordabitur ini
quitatis eorum et visitabit peccata
eorum. quasi uvas in deserto inveni israhel.
Quasi prima poma ficulneae in
cacumine eius vidi patres eorum.
Ipsi autem intraverunt abel fegor
et abalienati sunt in confusionem. Et fac
ti sunt abhominabiles sicut ea quae dilexerunt.
ephraim quasi avis avolavit glo
ria eorum. a partu et ab utero et con
ceptu. Quod si enutrierint filios su
os absque liberis eos faciam in hominibus.
Sed et vae his cum recessero ab eis. Ef
fraim ut vidit urbs erat funda
ta in pulchritudinem. Effraim edu
cat ad interfectorem filios suos. Da
eis domine quid dabis eis. da eis vulvam
sine liberis et ubera arentia. omnes
nequitiae eorum in galgala. Quia
ibi exosos habui eos propter malitiam adinven
tionum eorum. De domo mea eiciam
eos non addam ut diligam eos omnes princi
IX 16 pes eorum recedentes. Percussus est
effraim. Radix eorum exsiccata est
fructum nequaquam facient. Quod